



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Stephani Balvzii Miscellaneorum Liber ... Hoc est,  
Collectio Veterum monumentorum, quæ hactenus  
latuerant in varijs codicibus ac bibliothecis**

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1679**

Ejusdem fragmentum de extremo judicio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14735**



primùm à Dioclete ac Maximiano insolenter assumpta, ac postmodum ad successores eorum translata, viguerunt? Nempe deleuit ea Dominus & erasit de terra. Celebremus igitur triumphum Dei cum exultatione, victoriam Domini cum laudibus frequentemus, diurnis nocturnisque precibus celebremus, ut pacem post annos decem plebi suæ datam confirmet in seculum. Tu præcipuè, Donate carissime, qui à Deo mereris audiri, Dominum deprecare ut misericordiam suam seruet etiam famulis suis propitius ac mitis, ut omnes insidias atque impetus diaboli à populo suo arceat, ut florentes Ecclesiæ perpetuæ quietè custodiat.

*Ejusdem Lactantij fragmentum de extremo  
judicio.*

Vide in Epi  
tome. c. 7. 8.

**N**Vllus vel negat vel dubitat per Iesum Christum tale quale sacris litteris pronuntiatur novissimum futurum iudicium, nisi qui eisdem litteris nescio qua incredibili animositate seu cæcitate non credit, quæ jam veritatem suam orbi demonstrare terrarum. In illo itaque iudicio vel circa id iudicium has res didicimus esse venturas, Heliam Thesbitem fide Iudæorum Antichristum persecuturum, Christum iudicaturum, mortuorum resurrectionem, bonorum malorumque direptionem, mundi conflagrationem, ejus denique renovationem. Quæ omnia quidem ventura esse credendum est. Sed quibus modis & quo ordine veniant, magis tunc docebit ærum experientia quàm nunc ad perfectum hominum intelligentia valet consequi. Existimo tamen eo quo à me commemorata sunt ordine esse ventura.

